

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

18. An adultis in articulo mortis possit ministrar Sacramentum Confirmationis? Et an sit præceptum, data opportunitate, suscipiendi Confirmationem? Ex p. 5. tr. 3. res. 30.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

De Sacram. Confirm. Ref. XVII. &c. 79

3. Et hac omnia à fortiori procedunt, si quis
volum rationis habuerit, & postea in amentiam in-
ciderit; quia adeo in tali casu interpretativa ho-
minis voluntas suscipiendi tempore opportuno
Sacraenta, nisi conterit alioquin cum peccato
mortali in amentiam incidisse. Ita Layman, Nu-
gnus & alij ubi suprà. Igitur tales sunt confirman-
di, quia semper presumuntur bonus, qui non pro-
batur malus, neque requiriatur, ut diximus, quod
aliquando tales petierint hoc Sacramentum, suffi-
cit enim virtualis voluntas, quam quilibet homo
habet circa beneficia sue salutis.

4. Nota vero, ut nos alibi diximus, secluso
scandalio, & contemptu non peccare mortaliter, si
quia sacramentum Confirmationis non recipiat,
etiam si ad recipiendum adsit notabilis negligen-
tia, quam, sed male, contemptum censem Richardus
dixit in 4. dist. 17. art. 5. q. 1. Gabriel q. unica, art. 3.
dub. 3. Sylvester ver. Confirmat. num. 3. & Toletus
lib. 2. cap. 24. in fine vide Layman ubi suprà n. 4.
sententiam horum Doctorum refellentem; vide
Zanard, in direct. confessar. p. 1. de sacram. Confira-
mat. cap. 5.

RESOL. XVII.

An quis peccet mortaliter non suscipiens Sacra-
mentum Confirmationis, dummodo non adsit contem-
ptus?

Et an notabilis negligentia contemptus censeatur, ut
si quis data opportunitate suscipiendo illud Sacra-
mentum, qualem postea facile non habiturus sit
illud suscipere intermitteat?

Et noratur, quod per accidentem, ut ratione scandalis,
possit omissione hujus Sacramenti esse peccatum
mortale. Ex part. 3. tract. 4. Ref. 25.

§. 1. Ego alibi negativam sententiam docui
cum multis Doctribus, quibus nunc
addo Valentianum tom. 4. dist. 5. q. 2. punct. 3. Molfe-
nium in summa, tom. 1. tract. 4. cap. 2. n. 21. Fernandez
de Heredia in disputacionibus mixtis, de confirm. dist.
5. part. 2. dub. 1. num. 6. Estium in 4. sent. dist. 7.
§. 18. Zambranus de casibus occurrentibus in art.
mortis, cap. 2. dub. 4. num. 1. qui citat Henriquez,
Adrianum, Sotum, Ledesma, Navarrum, Rodri-
quez, Covarruviam, & Suarez, dummodo non adsit
contemptus.

2. Sed difficultas est, an notabilis negligentia
contemptus censeatur, ut si quis data opportuni-
tate suscipiendo illud Sacramentum, quem postea
non facile habiturus sit, illud suscipere intermitteat?
Affirmative respondent Richardus, Bonaventura,
Durandus, Mafilius, Paludanus, Major, Syl-
vester, Toletus, & alij apud Fernandez in exam.
Theol. mor. part. 3. §. 5. n. 1. & Layman in Theol.
mor. lib. 1. tract. 3. cap. 5. n. 4.

3. Sed ipso merito negativam sententiam do-
cent cum Caetano, Soto, Navarro, Victoria, &
alii. Et ratio est, quia alii Layman, multa anima
salubria facere intermittemus, quia cogitamus ab-
soluto ad salutem nobis necessaria non esse, quae
tamen non contemnimus; sed hoc accidit in casu
nostro; ergo. Notandum est tamen, per accidentem,
ut ratione scandalis, possit omissionem hujus Sacra-
menti esse peccatum mortale, igitur secluso scan-
dalo, & contemptu illud omittere non erit crimen
lethalis.

RESOL. XVIII.

An adulis in articulo mortis possit ministrari Sa-
cramentum Confirmationis?

Et an sit præceptum, data opportunitate, suscipiendi
Confirmationem? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 30.

§. 1. R Espondeo affirmativè cum Sancio in se-
lect. dist. 40. num. 4. Igitur agroti in 16. s. ult. &
periculo mortis, si ante confirmationi non fuerint, in Ref. 17.
optimum esset eos per Episcopum consignari, c. ut per totam.
Episcopi, de Confess. dist. 5. Idem docet Hugo S. & in aliis
Vict. 2. de Sacr. p. 7. c. 3. D. Th. hic art. 8. D. Bonaven-
tura, Soto, & alij in 4. dist. 7. favetque ratio: nam
etiam fortè non convalecant, tamen Sacra-
mentum iis prodest simpliciter ad augmentum gratie,
qua est per se aliquod praestansissimum, prodest
quoque ad pugnam cum carne propria, & cum
dæmonie ipso in articulo mortis, imò ad molestias
mori facilius tolerandas; quamvis enim fatea-
mut aliud Sacramentum suile institutum contra
tentationes mortis, nimur Extremam-Uncio-
nem, sed tamen bonum bono additum efficit ali-
quid melius, & funiculus duplex, fortius adstrin-
git. Addo quod morbi aliquando sunt valde di-
turni, & multorum nunc mensum, nunc amorum.
Aliqui citant hic Innocentium I. ep. 1. sed male,
non enim ibi agit de Sacramento Confirmationis,
sed Extremæ-Uncionis, quod quidem ait Episco-
pos agrotis conferre posse, & licet utatur vocabu-
lo Chismatis, tamen vel accepit Christi impra-
priè pro qualibet faci olei unione, vel intelligit
Episcopos uti posse sacro Chrismate ad Extremam-
Uncionem, quod non licet Sacerdotibus. Unde
ex his Adrianus in 4. de Confirmatione art. 1. putat
obligari sub mortali infirmos sacramentum Con-
firmationis sumere, ubi esset consuetudo obligatoria,
sed Zambranus de sacram. Confirm. cap. 2. dub.
5. num. 4. credit dictam consuetudinem modo non
reperi alicubi.

2. Sed dices, non solum ex consuetudine, sed ex
præcepto teneri adultos Confirmationem sumere,
ut docet Scotus in 4. distinct. 7. quæst. 2. D. Bonavent.
art. 3. qu. 2. D. Anton. in 3. part. tit. 14. c. 14.
V. Valdensis lib. 2. de Sacram. cap. 11. Sylvester ver.
Confirmatio, num. 3. Hugo de S. Victoria lib. 2. de
Sacram. part. 3. cap. 3. & Petrus Sotus lect. 2. de
Confirmatione, & probatur ex D. Cypriano ep. 70.
ubi ait, necessarium esse, ut baptizati ungantur
Chrismate: ita enim necessitas præ se fert aliquod
præceptum; & eodemque modo loquitur D. Melchiades epist. ad Episcopos Hispania. Etiamsi
moritur sufficiant regenerationis auxiliâ, tamen
victoris necessaria sunt Confirmationis benefi-
cia: & duo haec Sacraenta ita juncta sunt, ut
ab invicem, nisi morte præveniente, separari
nullatenus possint, & unum sine altero ritè per-
fici nequeat, cap. de his, de consecrat. distinct. 5. Con-
cilium Aurelian. can. 3. baptizatus non confetur
Christianus, nisi post Confirmationem Episco-
palem, intellige planè ac perfectè Christianus.
Huc quoque pertinet cap. omnes fideles de Con-
secrat. distinct. 5. ex Epistola Urbani. Omnes inquit,
fideles post Baptismum debent accipere Spiritum
sanctum per impositionem manuum Episcopi,
ut plene Christiani inveniantur. Accedit ratio,
et enim vita haec plena est innumeris tentationi-
bus, & militia est vita hominis super terram; ergo
qui potest hoc Sacramentum suscipere, nec ta-

G 4 incit.

men unquam suscipit, per totam vitam exponit se periculo, ac proinde peccat nunc mortaliter, nunc venialiter ratione circumstantiarum, & sunt res morales cum circumstantiis accipienda; peccat, inquam, nisi per aliquam ignorantiam excusetur. Taceo quod sacramentum hoc non videtur omitti posse deliberate per totum vitam tempus sine aliquo contemptu, aut scandalo. Et ita hanc sententiam ex rationibus supradictis tenet novissimi ex insigni Universitate Sorbonica Philippus Gamachaus in *summa Theol. tom. 3. q. 69. c. 9.*

*Sup. hoc vi-
de prae-
dictem Ref.
& alias Ref.
& §§. eius
not. & si
quanter le-
ge infra. §.
ult. Ref. 24.*

4. Verum his non obstantibus, ego puto nullum adesse praeceptum per se suscipiendo Confirmationem, adhuc data opportunitate. Ita D. Thom. in 3. part. q. 72. art. 8. ad 4. Ochagavia de *Sacra-
ment. Confirmat. q. 12. num. 3. Præpositus in 3. part.
q. 72. art. 8. num. 3.8. Granadus de Sacramen-
t. controv. 5. træcl. 4. diff. 1. num. 4.* & ita etiam ex Soto, Covarrubias, Valquez, Suarez & Coninch. tenet Hurtadus de *Sacrament. Confirm. diffi-
cult. i. 1.* quia predicti Pontifices non agunt de ne-
cessitate impliciter, quæ efficit præceptum, sed de necessitate secundum quid, que indicat quamdam utilitatem. Præterea hoc præceptum nec scriptura, neque Ecclesia imposuit, quia Ecclesia circa Sa-
cramenta tantum solet determinare tempus, in quo debeant recipi, ut videmus in sacramento Eucha-
ristia, & Pœnitentia. Sed circa hoc sacramentum nullum tempus determinavit Ecclesia, in quo de-
beat recipi; ergo non est aliquid præceptum obli-
gans ad receptionem illius.

RESOL. XIX.

*An in aliquo casu in articulo mortis teneatur quis
sumere Sacramentum Confirmationis?
Et an sit peccatum solum veniale omittere hoc Sacra-
mentum? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 32.*

*Sup. hoc do-
ctrina supra
in Ref. 17. &
in aliis eius
not.*

§. 1. **H**anc questionem non ita facilè apud multos invenies, & ad illam affirmati-
vè respondeat Ochagavia de *Sacrament. Confirm.*
q. 12. num. 4. ubi sic ait: Absolutè, & simpli-
citer loquendo, neque erit peccatum mortale, ne-
que veniale, omittere hoc sacramentum, quia nullum extat præceptum de illo recipiendo: per accidentem tamen poterit esse peccatum veniale,
omittere Confirmationem, si censetur esse aliqua prodigalitas in ea omittenda, vel nonnulla temeritas in aggrediendo sine illa, pericula mortis, in modo erit peccatum mortale, si relinquatur Confirmationem per contemptum, aut si quis eam relinquere-
ret in articulo mortis, quando haberet con-
fici-
entiam peccati mortalis, & non posset recipere aliud sacramentum, quia tunc cum sola attritione ex-
stincta contritione posset salvare per hoc sacra-
mentum, quia maxima temeritas videtur remedium ita facile relinquere, & expectare contritionem,
qua valde difficultis est. Ita Ochagavia.

*Sup. hoc ibi-
dem. §. Sed
difficultas.
& infra in
fine, Ref. 24
§. ult.*

RESOL. XX.

*An licet ministrare hoc Sacramentum Confirma-
tionis personaliter indirecte, qui causam dederit?
Et an hoc idem dicendum sit de Sacramento Bap-
tismi?
Et an, qui sic ministraret utrumque horum Sacra-
mentorum, non peccaret per violationem inter-
dicti, sed quia ministraret in peccato mortali,*

*& proinde non faceret duo peccata; primum, quia
ministraret in peccato, secundum, quia viola-
ret interdictum? Ex part. 5. tractatu decimo,
Refolut. 63.*

§. 1. **P**onam huc id, quod sentit circa præsen-
tem questionem Faber de *conf. in 4. sent.* *Sup. contes-*
*to in hac
diff. 1. quest. 1. diff. 5. cap. 2. num. 17. ubi sic ait.* *Ref. solu-*
*to ad eius veri-
tatem. & in
Item. & in
tom. 3. tr. 1.
Ref. 2. à*
*in 6. æquiperant Baptismus, Confirmationis, quo-
ad eorum ministerium in interdicto; dicitur enim
ibi: quoniam cum Baptismo, & Confirmatione,
qua nedium parvulus, sed adulcis propter morsa per-
iculum exhiberi possunt licet tempore interdicti,
&c. In quoquaque ergo interdicto tam locali,
quam personali licet ministrare haec duo sa-
cramenta, & cum non distinguatur de interdicto
personalis, & gratis sint amplianda, & pena re-
stringenda, mihi videtur quod etiam personaliter
interdictus, qui causam dedit interdicto, possit
utrumque sacramentum dare propter morsa per-
iculum. Velle autem excipere interdictum perso-
nale, videtur fieri sine ratione. Quod autem ait
Suarez, quia, in cap. *Alma* interdictus personaliter
ob causam datam interdicto eximi a concessione
ministracionis sacramenti Pœnitentia, & con-
querenter à ministracione sacramenti Baptismi, &
Confirmationis, quia haec sine prævio sacramento
Pœnitentia ministrare licet non possunt, hoc est
accidentarium, & oritur ex alia radice, scilicet;
quia non licet ministrare sacramentum in peccato
mortali, non autem quia hoc sit prohibitum vi in-
terdicti. Item qui sic ministraret utrumque horum
sacramentorum non peccaret per violationem in-
terdicti, sed quia ministraret in peccato mortali, &
proinde non faceret duo peccata. Secundum Su-
arez autem faceret duo peccata. Primum, quia min-
istraret in peccato mortali. Secundum, quia violaret
interdictum, idè illa opinio Suarez mihi non pro-
batur. Ita Phil. Faber, an probabiliter, judicent alij.*

RESOL. XXI.

*Notabilia quedam circa Patrinum in Sacramento
Confirmationis.
Et inter alia tandem queritur, an Religiosi Mendi-
cantes possint esse Parrini in hoc Sacramento?
Et quid de Episcopis Religiosis? Ex part. 3. tr. 4.
Refolut. 21.*

§. 1. **P**rimò nota, dictum Patrinum non con-
trahere obligationem instruendi confir-
matum, quia id jure statutum non repertur, si-
cuti de patrino Baptismi. Ita Coninch. de *Sacra-
ment. q. 72. art. 10. Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 30.
c. 6. n. 1.* qui citat Henriquez, quidquid dicit Syl-
vius in 3. p. q. 72. art. 10.

2. Secundò est valde probabile, quod si non *Sup. hoc in
confirmatus teneat alterum in hoc sacramento, non
contrahat cognitionem spiritualem, quia ille non
est legitimus susceptor, ut patet in cap. in Bap-
tismate, de consecratione, diff. 4. sed in Baptismo ille-
gitimus susceptor nullam contrahit cognitionem
spiritualem, ut patet. Ergo idem est dicendum in
sacramento Confirmationis. Ita Coninch. de Sa-
crament. q. 72. art. 10. num. 94. qui citat Suarez,
Nugnus in 3. p. q. 72. art. 10. qui citat Victoria, quidquid*